



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

116 Suscipe me secundùm eloquium tuum, & viam: & non confundas me  
ab expectatione mea.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

116 Suscipe me secundum eloquium  
tuum, & viam.

QVI dixerat, susceptor meus es, cur  
orat, vt suscipiatur, nisi quia magis, <sup>Suscipi</sup> petit, vt  
magisque suscipi & indiget, & optat? <sup>imbecil-</sup> Sus-  
cipe, inquit, me tanquam labentem, & <sup>lus.</sup> in-  
nutantem, ne cadam: ne te subtrahas, sed  
suscipe me: cuius enim pedes stare pote-  
runt in infirmitate tanta, nisi te suscipiē-  
te, confirmante, tenente, & supra petram  
statuente?

Deinde suscipe solus omnipotens Me- <sup>Et, vt e-</sup>  
dicus infirmum, & susceptum tuum sana: <sup>ger.</sup>  
qui sanas contritos corde, & alligas con- <sup>Psal. 146.</sup>  
tritiones eorum. Quod vtique non pos-  
ses, nisi numerares multitudinem stella-  
rum, & omnibus eis nomina vocares.  
Nam infirmitates meae non corporis, sed  
cordis sunt, quas ipse solus medicus cura-  
re possis, qui & omnipotens es, & fecisti,  
ac refecisti me: & vnguenta conficis suauitatis:  
nec deficient opera tua. O qualis  
infirmitas? qualis Medicus? quanta medi-  
camenta?

Et, vt  
Clicens.

Suscipe tanquam clientulum susceptum  
tuum. Nam nemo in causa tanta efficax  
potest esse patronus, nisi qui donas debita,  
nihil perdens. Patronus ex misericordia:  
ad misericordiam à iustitia prouocans,  
apud misericordiam causam meam agens.

Y Por-

Susceptio  
nis huius  
vita est  
fructus.

*Ambros.*

*Coloss. 3.*

Porro finis huius susceptionis est, ut vi-  
uam. Quomodo enim potest non in æter-  
num viuere, quem sempiterna vita susce-  
pit? quem totum sibi Christus assumpsit?  
qui totus Verbi est? cuius vita abscondita  
est in Christo Iesu? Viuam susceptus à te  
etiam in hac vita ob veram lætitiã, &  
elongationem à vitæ huius ærumnis? vi-  
uam in gratia, viuam in spe, viuam de te,  
cui solum agglutinator viuere possim.

*Act. 17.*

*Psal. 35.*

Alioqui nec vita hæc misera, vita est, nec  
viuere dicendus est, qui tibi non spirat,  
de te viuit, in te mouetur, & est. Viuam  
verius in alia, quæ verè vita est: quoniam  
apud te est fons vitæ. Inde hauriam sine  
defectu, sine satietate, sine fastidio. Su-

Promissio  
Dei erigit  
ad peten-  
dum.

*Ijai. 41.*

scipe ergo me, & viuam. Sed intoleran-  
dæ præsumptionis videretur, dicere. Su-  
scipe me, nisi promissum tenerem secun-  
dum eloquium tuum, quo id promisisti.  
Suscepit te, inquis, dextera Iusti mei. Su-  
scipiam te ego Protector tuus. Vt hoc igitur  
postulare auderem ipse fecisti: tuo te  
chirographo conuenio, qui nostrum chi-  
rographum sustulisti. Nos fecimus chiro-  
graphum mortis, tu scripsisti chirogra-  
phum vitæ.

Non confundas me ab expectatione  
mea.

Ne sit fru- **E**XPECTANS te viriliter agam, & su-  
stra expe- sinebo te, quia spes non confundit.  
Ex-

Expecto securus auxilium tuum, promissum tuum, faciem tuam. *Quæ enim est expectatio mea, nisi tu Domine, apud quem & substantia mea est? Expectatio mea vita æterna est. Non confundas me, non erubescere facias, tanquam expectatione frustratum. Sed quis verè speravit in te, & confusus est? Sed plus audeo. Tremens dico, sed audeo tamen. Ne confundaris ipse ab expectatione tua. Quid enim expectasti de me? an vt facerem vuas, & feci labruscas & spinas? Aliud expectasti, & aliud inuenisti: fructus expectasti, spinas protulisti: ne confundaris ab expectatione tua. Ecce truncus iste Adam spinosus, non nisi spinas profert. Sed, si tu omnipotens infereris medullis meis spiritum tuum, proferam fructus vitæ, fructus tuos, fructus honoris, & honestatis. Inse te mihi medullitus, vt eos pariam. Inse vicissim me in te, & fient emissiones meæ malorum puniceorum: vel vt in hebræo, paradisi deliciarum. O Saluator, & susceptor meus, in hoc glorificaberis, quia potens, & suavis es.*

*statione-  
stra.  
Psal. 26.  
Rom. 5.  
Psal. 38.  
Neque  
frustra ex-  
pectatio  
Dei de no-  
bis.  
Isai. 50  
Cant. 4.*

117 Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper.

**T**A N Q V A M responsum fuerit mihi in silentio, Si non vis confundi  
 Y 2 ab *August.*